



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

Tit. VII. De Certitudine Charitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæcul. XVI „ ponunt obicem, cum sit impossibile
 A.C. 1521. „ Sacramentum conferri nisi jam cre-
 „ dentibus, & dignis. „ *Hæc propositio*
est falsa temeraria, & præsumptuose asserta.

TITULUS VI.

De accedentibus ad Evcharistiam.

Complectitur hic titulus duas tantum
 propositiones, inter quas prima est:
 „ Magnus & perniciosus error est, si
 „ quis accedat ad Sacramentum Evcha-
 „ ristiaæ ea nixus fiducia, quod confes-
 „ sus est, quod non sit sibi conscius mor-
 „ talis peccati, quod præparatoria sua,
 „ & orationes præmiserit: Omnes hi ju-
 „ dicium sibi manducant, & bibunt. „
Hæc propositio est impia, a debita Sacra-
menti suscipiendi præparatione retractiva,
ad desperationem inducens, & doctrinae D.
Pauli contraria, nec Fideles ea nixi fiducia
secludunt divinam misericordiam. II. „ Pro-
 „ batio, qua homo peccata sua discutit,
 „ atque ponderat, non pertinet nisi ad
 „ insensatos, & crassos Sacramenti con-
 „ temptores. „ *Hæc propositio est teme-*
raria, & arroganter asserta, impia, &
scandalosa.

TITULUS VII.

De certitudine Charitatis.

Septimus titulus de certitudine justifi-
 catio-

cationis duas pariter continet pro-
 positiones. I. „Pessime docent Theo-
 „logi, quando dicunt, nos nescire,
 „quando sumus in charitate. „ *Hæc*
propositio intelligendo nescire pro certitu-
dine fidei, de qua loquitur Auctor, est fal-
sa, sacris Doctoribus dissona, & sano Scri-
pturæ sensui. II. „ Caveat omnis Chri-
 „stianus, ne unquam incertus sit, an
 „Deo placeant opera sua; qui enim sic
 „dubitatur, peccat, & perdit opera sua
 „cuncta, frustra que laborat. „ *Hujus*
consilium loquendo de certitudine fidei est te-
merarium, perniciosum, & sacris eloquiis
dissonum.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1521.

TITULUS VIII.

De peccatis.

Ad hunc titulum revocantur quinque
 propositiones. I. „Justus in omni
 „bono opere peccat. II. Omne opus
 „bonum optime factum, est ve-
 „niale peccatum. „ *Utraque harum pro-*
positionum est falsa, piarum aurium offensi-
va, ac bonorum operum infamativa. III.
 „Quod non omni tempore poenitemus,
 „& resipiscimus, vitium est. „ *Hæc*
propositio, ut vitium dicit culpam ad sen-
sus Auctoris, est falsa, irrationabiliter,
& ex erroneo Scripturæ intellectu asserta.
 IV. „Hoc est mortalium mortalissimum

D 2

„ non